

Ioco eum constituit : « Omnes Doctores, inquit, laudator ab omnibus judicatus, ideoque *impeditus*, superavit, totus excedens, totus extra se positus, id est sacer quidam Deus, ac divinus preceptor divino nomine afflatus, occupatus a Deo, divinus noster. »

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

*Paulus Athenis pergit Corinthum. Ibi jussu Dei pollicentis multorum conversionem prædicat per sequentem; inde, vers. 12, accusatus a Judeis, se purgat apud proconsulm, in cuius conspectu Judai furentes Sosthenem impune verberant. Post hanc, vers. 18, Paulus prædicando peragrat Ephesum, Cesaream, Antiochiam, Galatiam et Phrygiam. Denique, vers. 24, Apollo eruditus ab Aquila, fortiter contra Judæos fidem Christi propagnat et propagat.*

1. Post hæc egressus ab Athenis, venit Corinthum; 2. et inveniens quendam Judæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, et Priscillam uxorem eius (eo quod præcepisset Claudio discedere omnes Judæos a Roma), accessit ad eos. 3. Et quia ejusdem erat artis, manebat apud eos, et operabatur (erant autem scenofactoriae artis). 4. Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Jesu, suadebatque Judeis et Gracis. 5. Cum venissent autem de Macedonia Silas et Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Judæos esse Christum Jesum. 6. Contradicentibus autem eis et blasphemantibus, excutientes vestimenta sua, dixit ad eos : Sanguis vester super caput vestrum : mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam. 7. Et migrans inde, intravit in domum ejusdem, nomine Titi Justi, colentis Deum, cuius domus erat conjuncta synagogæ. 8. Crispus autem archisynagogus creditur Domino cum omni domo sua : et multi Corinthiorum audientes, credebat et baptizabantur. 9. Dixit autem Dominus nocte per visionem Panlo : Noli timere, sed loquere et ne taceas; 10. propter quod ego sum tecum, et nemo apponetur tibi ut noeat te; quoniam populus est mihi multus in hac civitate. 11. Sed autem ibi annum et sex menses, docens apud eos verbum Dei. 12. Gallione autem proconsule Achæa, insurrexerunt una animo Judæi in Paulum, et adduxerunt eum ad tribunal, 13. dicentes : Quia contra legem hic persuaderet hominibus colere Deum. 14. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judæos : Si quidem esset iniquum aliquid aut facimus pessimum, o viri Judei, recte vos sustinermi. 15. Si vero questiones sunt de verbo, et nominibus, et lege vestra, vos ipsi videritis : judex ergo hunc nolo esse. 16. Et minavit eos a tribunali. 17. Apprehendentes autem omnes Sosthenem, principem synagogæ, periebant eum ante tribunal; et nihil eorum Gallioni cura erat. 18. Paulus vero cum adhuc sustinuerit dies multos, fratribus valefaciens, navigavit in Syriam (et cum eo Priscilla et Aquila), qui sibi totonderat in Cenchris caput : habebat enim votum. 19. Devenitque Ephesum, et illos ibi reliquit. Ipse vero ingressus synagogam, disputabat cum Judeis. 20. Rogantibus autem eis ut ampliori tempore maneret, non consensit. 21. Sed valefaciens et dicens : Iterum revertar ad vos Deo volente, prefectus est ab Epheso. 22. Et descendens Cesaream, ascendit et salutavit Ecclesiam, et descendit Antiochiam. 23. Et facta ibi aliquanta tempore prefectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem, et Phrygiam, confirmans omnes discipulos. 24. Judeus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Ephesum, potens in Scripturis. 25. Hic erat eductus viam Domini, et fervens spiritu loquebatur, et docebat diligenter ea quæ sunt Iesu sciens tantum baptismus Joannis. 26. Hic ergo ceperit fiducialiter agere in synagogæ.

Quem cum audissent Priscilla et Aquila, assumperunt eum, et diligenter exposuerunt ei viam Domini. 27. Cum autem vellet ire Achæam, exhortati fratres, scripserunt discipulis ut susciperent eum. Qui cum venisset, contulit multum his qui crediderant. 28. Vehementer enim Judæos revincebat publice, ostendens per Scripturas esse Christum Jesum.

1. POST HEC EGRESSUS AB ATHENIS. — Quia Athenienses novitatis studiosi, nova Pauli doctrina statim exsaturati, aliis novis de more suo audiendis et dicendis intendebant, ait Chrysostomus. Heo enim est novitatis amantum indeoles, ut novis auditis statim illa quasi vetera fastidiant, moxque nova alia et alia captent : nam quasi febricitantes, insatiables novitatis sit laborant.

VENIT CORINTHUM. — Quia Corinthus, ait S. Chrysostomus, erat urbe plena Philosophi et Oratoribus. Erat haec metropolis Achæa, sive Peloponnesi, que nunc Morea dicitur, de cuius situ, opibus, moribus, vide dicta in prefat. epist. ad Corinth. Hie Paulus scripti epist. ad Thessalonicenses, que omnium epistoliarum S. Pauli est prima, si tempus scriptio species. Paulus enim Silam et Timotheum evocatos ad se Athenas, misserat Thessaloniam: illi ad eum redierunt Corinthum statuque Thessalonicensis Ecclesie ei retulerunt: quo audito, primaria ad eos editi epistolam, dicitur illa. Vide dicta I Thessal. iii. 6.

2. PONTICUM GENERE. — oründum ex provincia Ponti. Perpètum aliqui legunt, *ponticū generē*, quasi fieri oründum ex pontificib. Alius hic est Aquila ab Aquila pariter Pontico, qui prius post Septuaginta vetus Testamentum ex Hebreo in Grecum convertit, vixitque sub Adriano Imperatore, factus ex Gentili Christianus, ex Christiano Judeo, de quo Epiphanius, lib. De Mensuris, et Philastrius, hæresi 90. Nam noster hic illo interprete fuit prior magnusque Evangelii propagator. Unde eum mire laudat Paulus, epist. ad Timoth., cap. iv, 19, et I Corinth., cap. xvi, 19. Quocirca Aquila hic cum uxori Priscilla, sive Prisca, Sanctorum catalogo ascriptus legitur in Martyrol., die 8 Iulii. Ubi vide Baronium.

QUI PATER. — πατέρας, id est *recenter*; Syrus, eo tempore (4).

EO QUOD PRECEPISSET CLAUDIO DISCEDERE OMNES

(1) Utrum a Paulo, an Romæ jam ad octum Christianorum adductus fuerit Aquila, incertum quidem est, sed posterius probabilius videtur. Quidam enim homo de Paulo et re Christiana preclare meritus, Paulo ipso dues ad Christi signa se contulisset, ita hanc dubie Scriptor commemorare non omisisset, cum infra, vers. 7 et 8, alios Judæos a Paulo ad sacra Christiana perductos distinxerat. Præterea formula πατέρας αὐτοῖς; amicum accessum magis, quam primam doctrinam Christianam prædicacionem declarat. Extabat autem jam illo tempore Romæ cunctus Christianorum, cujus primordia repetita sunt tum a Romanis, qui festo Pentecostes inauguratione Apostolorum interieruerunt, tum a Judæis Christi, associis qui Roman mercaturæ facienda causa profecti erant. Ita Koinophilus ad h. l.

JUDEOS A ROMA. — Causam dat Suetonius in Claudio, cap. xxv, quod Judei Roma assidue tumultuantur; sed in eo quod addit. « impulsore Christo (2), » splendide mentitur, ut solent Gentiles historici in rebus Judaicis. Videtur ergo quod Jodai a Roma, increbescente religione Christiana, Judei urbe posse se in ore solito opposuerint, et cum Christianis si. Quod assiduus de Messia, id est Christo, quisque regno alterare sinit; affirmantibus Christianis Christum jam venisse, negantibus Judeis. Claudio menteum ne quis inde tumultus existaret, quo ipse imperio pelleretur per Christum et Christianos (erat enim timidissimum et umbras nomenque novi regis exhorrescebat, ut superius ex Suetonio dixi), jussit omnes Roma excedere. Nam non solum Judeos, sed et Christianos et Judeis oründos, quasi genere Judeos, Roma excessisse, patet hic exemplo Priscille et Aquila, ac S. Petri, qui ea de causa Roma discedens, venit Hierosolymam, ibique celebravit primum Concilium Hierosolymitanum, ut dixi cap. xv. Audi imperum Poetam, Claudium suis coloribus pinguebant :

Vecors, stupidus, prudentibus stultus, stultis prudens visus.  
Clarior erat, si foissel obscurior.  
In angulo gladium fugiens, sceptrum inventi.  
Dominum sub domino gessit, liberum libertus, uxoris servus.  
Omnia in imperio habuit præter imperium.

Aliam causam expulsionis Judeorum dat Hugo et Lyranus, nimis quod ipsi Agrippinam, Claudium uxorem, pellexissent ad Judaismum, sicut paulo ante Tiberius eosdem Roma proscripterat, ex quod Fulviam, Saturnini senatori uxorem, ad Judaismum traduxissent, ab eaque aurum et purpuram extorxisseant, uti narrat Josephus, lib. XVIII Antig., cap. i et v. Porro haec expulsio contigit anno Claudi 9, Christi 31, uti ex Paulo Orosio, Bede, Adone et alii demonstrat Baronius.

3. ET OPERABATUR. — idque per sesquiannum continue predicans, et sibi suisque operans, ut victimam compararet. Vide hic generositasem Pauli: poterat alimoniam et stipendum predicationis a Christianis exigere, coque se sustentare, ut faciebant alii Apostoli; sed noluit, ut omnibus licqueret eum non lucra, sed animas venari, itaque plures ad Christum converteret. Vide S. Gregorio.

(2) Suetonii verba sunt : « Judeos impulsore Chresto tumultuantes Roma expulsi. » Ubi nota, Christiani Suetonio dictum fuisse Chrestum. Graeci enim et Romani Chrestos multos, imprimis servos, dici norant nomine proprio, Christos vero nullos; non erat hoc appellativum illis proprii forma usitatum, hinc propter inabilitatem Chrestus et Chrestianus. Cf. Tertullianum, Adversus adv. Gentes, cap. iii; Lactantium, lib. IV, v, 5.

rium, hom. 42 in Ezech., et ea que dixi 1 Cor. cap. 1X. Praecesse Chrysostomus laboriosam arduinam vitam Pauli commendans: « Sic enim palestra, inquit, pugili magis utilis quam molles lecti, et militi ferreos gladius magis quam aureus probatur. Et operabatur predicanis. Erubescamus nos, qui etiam absque praedicatione vivimus otiose. »

ERANT AUTEM SCENAE-FACTORIA ARTIS, —puta tabernaculorum factores : Syrus, opifices conoporum : Vatrabius et ali, auleorium, quæ scilicet fuit in consulis pellibus, ut sunt aulae Turiceae : haec enim omnia sunt ejusdem artis, scilicet subtrine pellum. Origenes, lib. IV *Contra Celsum*, Paulum vocat *phrygionem*, quem vulgus *recomatum* appellat. Apposite Paulus fuit scenifex, utpote qui tota vita peregrinatus, omnes doceret huc vivere ut peregrinos ac cives Sanctorum et domesticos Dei : peregrini enim non habent dominum, sed hospitiantur in tabernaculis, ut fecerint filii Israel peregrinantes per desertum, et etiamiam faciunt milites in castis : ita Chrysostomus. Porro haec tabernacula et conopea fiebant ex pellibus. Unde Paulus ad Origene, hom. 17 in *Numeri*, vocatur « pellum sutor, qui terrenorum territoriorum sutura ad eternam consuenda vocabatur ». Ubi et quo consilio hanc artem mechaniam didicere et exercitare Paulus sumuntur, et cedunt flammeisque superantur ; sic etiam insonante Pauli lingua, et omni igne vehementi irruente, cedebant omnia, fugiebant diemomni cultus, mores patrii, populorum furores, tyramorum minæ, insidia domesticorum, pseudoapostrolorum operationes malignæ. Magis autem ; sicut radis solis orbientibus, et tenebrosa fugantur, et ferre latitant, et latrones, homicidae, fures ad antra suffugiant, lucidaque efficiuntur omnia, terra, regna, pelagus, montes, urbes, regiones, sic etiam tunc predicatione fulgent, et ubique Evangelium disseminante Paulo, fuga burar error veritasque remeabat. Concludit horatio ne satagamus Paulo fieri similes : « Neque illud, ait, impossibile putemus : nam tale illi, quale etiam nobis corpus fuit, talis anima, tales cibis ; sed volutas in eo mirabiliter et preclarae devoctio : et illud est prorsus, unde illi ille affectus est. »

INTERPONENS NOMEN DOMINI JESU CHRISTI. — Vers. 4.

dixi in *Thessal.* iii. 8.  
Ita S. Franciscus, Pauli discipulus et pauperatus professor, illam sui Ordinis fundamentum jacens, inquit S. Bonaventura, « suis jubet construere et inhabitare domos pauperes, non ut proprias, sed ut alienas, quasi peregrinos: quorum leges sunt, « sub alieno colligi tecto, sitre ad patrum, pacifice pertransire». Ita veteres monachi operabantur manibus, indeque vivebant. Vide S. Augustinum, tract. *De Operis monachorum*, tom. III. Idem exemplo Pauli facilitasse multos sacerdos et Prelatos Ecclesie, testatur S. Epiphanius, *hæres* 80. Porro miratur Paulum Chrysostomus, hom. 4 *De ejus Laudibus*: « Homo enim ignobilis, ait, abjectus et circumforans, qui artem exercitat in bellibus, in tantum virtute progressus est, ut vix triginta annorum spatio et Romanos, et Persas, et Parthos, et Medos, et Indos, et Scythas, et Äthiopes, et Sauromatas, et Saracenos, et omne prouersus humanum genus sub jugum militer veritatis. Responde igitur: Unde iste opifex viis ac publicis, stans in loco artis sua, ac scossum in manu gerens, ita ut ipse philosophatus sit, et alios docuerit philosophari, gentes scilicet, urbes atque regiones; nec vim in se sermonis ostendens? » Ille rhetorica amplificationis dictis oratione; nam non legimus Paulum Indis, Äthiopibus et Sauromatis predicasse. Addit causam: « Ipse enim velut ignis in focum, aut in stipulas immensus, omnia demonum opera compunxit, atque in quod voluit, omnia convertit.

Hoc verba desunt in Greco et Syro. Sensus est, q. d. Paulus in synagoga dissevero more judaorum de Scriptura passim inscrebat mentionem de Christo : scopus enim ejus erat predicare Jesus Christum. Vide dicta cap. xvii. 3.

5. CUM AUTEM VENISSET DE MACEDONIA (Berea et Thessalonica. Vide dicta vers. 4.) SILAS ET TIMOTHÆS, INSTABAT VERBO (predicationis) PAULUS. — q. d. Instanter et crebro predicabat nunc pro se, nunc per Silam, nunc per Timotheum. Greco est *παντού τοις πάντας*, id est coartatabatur spiritu, pra molestia quam illi faciebantur Iudei, at Chrysostomus. Unde Syrus verbit *constrictus erat in sermone Paulus, quia insurgebant in eum Iudei*, q. d. Iudei suis persecutionibus ligabant quasi cor et lingua Pauli, ut vix posset prologui et predicare : praesentebat enim se lusurum operari. Melius alii, « coartatabatur spiritu », id est zelo, inquietu, adeo ardent, ut fere cum non caperet : ut si item quod de eodem Athenis dixit cap. xvi. 16 : « Incitabatur spiritus eius, videns idololatrias dominatum civitatem ». Unde alii vertunt, « comprimebatur spiritu », quasi Spiritus Sanctus premeret et urgeret cor et os Pauli ad predictandum. Hec omnia complexus Noster apte verit, « instabat verbo ».

TESTIFICANS (per testimonia S. Scriptura efficaciter ostendens) IUDÆS ESSE CHRISTIANI IESU —

**6. BLASPHEMANTIBUS.** —conviciantibus tum Christum, tum Paulum. Notanda est hic *aurea quae*

9. Chrysostomi: « Convicium, sit, sive coniunctio est quasi turax ancylarum, quae sunt immundum et domo hori furarum (v. g. matulam), quam in publico preponit; quare magis se confundit, quam herum: idem facit conviciator; immundus enim verbis magis se conquinat, quam cum hostem. Ille enim fit, quando cum malis pugnamus, ac si quis sterquilinum obvolutum persaltat, qui dimissis in sterius manibus, dum illum ferre studet, sese conquinat.

que ejus celeriter ipsos viribus capiti, pubilum quodam spirituali huius efficiebantur igni, per quem ipsis magis Evangelii fama crescebat. »

10. DIVIT AUTEM DOMINUS NOTE F VISIONES (I) sommo) PAULO : NOLI TIMERE .— Poterit enim iure timere Paulus, ne proper Crispinus archisagogum a se conversum, tota synagoga Iudeorum contra se insurgeat. Preclaro S. Augustino serm. 6 De Verbi Euang. secundum Matth.: « Quis timet hominem, inquit, homini in se debet posse. »

¶ Tunc illius, cuius nomen endere amiculum id est

EXCUTIUS PAULUS VESTIMENTA SUA, — iisdem  
causis, quibus excussit pulvrem pedum,  
cap. xiii, vers. 51. Eadem enim utriusque excus-  
sionis est ratio. Vide ibi dicta.

SANGUIS VESTER SUPER CAPUT VESTRUM. — q. d.  
Exsitu et mors sempiterna capit vostro, ob hos  
tilitatem in Christum et fidem, immensin, vobis  
imputetur : culpa vestra peribitis, non mea, ne  
alterius eujuspiam. Ego enim a vobis hoc extinximus  
amoliri conatus sum : at vos mihi contradicatis  
et Christum blasphematis. Vos ergo vestri estis  
peremptores et homicidae.

MUNDUS EGO, — a vestro sanguine et exilio, quia  
quod mei munerus erat, predicare scilicet vobis  
salutem per Christum, hoc feci : at vos Christum,  
et consequenter salutem vestram, impugnatis :  
mundus enim non essem, si vobis non predi-  
cassem. Hinc infert Chrysostomus : « Ergo et nos  
rei sumus sanguinis eorum qui nobis concedit  
sunt, si illos negligamus. »

Ex hoc, — *in tempore vero*, id est *ex nunc*, *ex hoc tempore et momento ad Gentes vadam prædicatum*. Idem dixit et fecit cap. XIII, vers. 46.

7. **TITI** (cognomento) JESU. — Forte a justitia qua prececcelubuit, inquit Beda. Vox "Titi" jam non est in Greco, sed in Syro. Unde verisimile est olim fuisse in Greco : inde enim translata est versio Syra. Alius est hic Titus a Tito, Pauli discipulo, quem Cretae constitutus Episcopum, ad eumque scriptis epistolas inscriptam ad Titum. Ita Beda. Hugo et alii.

COLENTEIS DEUM, — puta Gentilis, sed Deum verum colentis, non idola, ut exter Gentiles, idque vel ex institutione parentum, vel ex familiaritate cum Iudeis : unde et eorum synagoga vicinat erat dominus Titi. Ita Glossa et Hugo.

8. CRISPUS AUTEM ARCHISTHAGOGUS (princeps et prefectus synagogue Iudeorum Corinthis) crevit a DOMINO — eumque solum eum Caius et Stephanus, Corinthis se sua manu baptizasse scribit Paulus, *1 Cor. i, 14.* Ascriptus est Crispus Sanctis die 4 octobris. Miratur S. Chrysostomus, hom. 7 de Laudibus S. Pauli, ejus virtutem et efficaciam, qua Proconsules, judices, principes Iudeorum ab infidelisimorum, ad se et Christum repente convertit. « Si enim ignis, » inquit, in diversas materias incident, augetur magis, et ex subjecti substantia inclemencia sortitur: si eum lingua Pauli quibuscumque fuisse admota, ad seipsum continue transferat. Impugnatores quo-

11. **SEDIT**, — resedit, commoratus e

12. GALLIONE AUTEM PROCONSULE. — L. Junius  
Gallio, Proconsul Achaeæ, fuit frater germanus  
L. Annæi Senecæ, præceptoris Neronis, uti testatur

ipse Seneca in preface lib. IV *Quest. natur.*, qui et eidem inscripti liberum *De Nominis fortitorum*, et alterum *De Vita beata*. Ha Baronius. Hic enim Gallio fut coauthor Paulo, non alius senior, ut vult Delrio *coauthor in Senecam*, cap. III. Nec enim senior, puta junioris hujus Gallionis pater, legitim fuisse Proconsul Achaea, sed junior, sive filius. Hi enim tres fuerunt fratres, videlicet M. Annæus Novatus, L. Annæus Seneca, Neronis preceptor, et L. Aeneus Meli, qui pater mutavit. Et in Iunii Gallionis familiam transiit, ab eo adoptatus. Vide Lipsium proemio in Senecam,

cap. II *De Vita Senecæ*. Quocirca ab utraque familia in Eusebii *Chronico*, hic Gallio cognominatur. Junius Annaeus Seneca Gallio, frater Seneca, egregius declamator. » Favet, quod Seneca, epist. 104, asserat Gallionem fratrem suum seniorum et primogenitum, quem idcirco (et quia Proconsul erat Achaea) dominum suum vocat, ait Lipsius, in Achaea fuisse: sed inde ob fabrum discussisse, quod diceret non corporis, sed loci esse morbum. Per Senecam autem videtur Gallio factus Proconsul. Cum enim Seneca a Messalinâ Augusta, Claudi uxore (ut tradidit Dio, lib. LX), inuste damnatus exilio, post illuc necato ab Agricola, altera Claudi uxore et Neronis matre, restitutus, ac Neroni, quem Claudius in filium adoptarat, preceptor datus esset, in eis gratiam Achaea provincia Gallionii ejus germano est tributa. Hinc per Gallionem, cuius causam suam propositus Paulus, videtur ecclisia amicitia inter Paulum et Senecam: unde utriusque ad alterum circumferunt littera, sed viris doctis merito de suppositione suspecta, nec satis digna gravitate et Pauli et Senecæ; scriptissima tamen Paulum ad Senecam, et vicissim ab eo accipiente litteras, testatur S. Augustinus, epist. 54; S. Hieronymus, lib. *De Script. Ecclesi.*, et alii. Errant vero, qui Senecam censent fuisse Christianum: vix enim Stoicos, et mortuus est Stoicus, ac proinde scripta ejus vel Christiani, sed Stoica dogmata continent, ut patet ex dictis cap. XVI, vers. 18. Denique mortuus sanguinem suum Jovi libavit. Nimirus in flatu opinione sapientiae, quasi primus illius avi Philosophus et Neronis magister, designatus est fieri discipulus Pauli et Christi crucifixi; aliquo Paulum Rom. 16:10 et aliquo potuit: nam bienniante ante Paulum occisus est a Neronе. Hoc est quod aut Paulus, I Cor. 1, 26: « Non multi sapientes, etc., sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus. » Hic Gallio cum fratre Seneca a Neronе damnatus, « propria se manu interfect, mortem ejus Neronе in suam presentiam differente, » at Eusebius in *Chronico*, anno Christi 66.

Porro Paulus jam egerat Corinthi sesquiannum, ait S. Chrysostomus (Ilicet aliqui ante exactum sesquiannum, tumulum hunc contigitus putent); et exacto, cum novus Proconsul in Achaea veniret Gallio, ad ejus tribunal Paulum Judicaret, forte quod putarent Gallionem suum esse amicum et fautorum, regue ac Messalinâ Augusta, nuper Judeis amica et familiaris, judaizarat.

13. **QUI CONTRA LEGEM**, — tum Iudeorum, que collit unum solum Deum incorporeum; tum Romanorum, que vetat sine senatusconsulto novos inducere deos.

**PERSUADERET (Paulus) ROMANIS COLERE DEUM**, — puta Christum hominem a nostris pontificibus crucifixum. Gallio autem iudex legem Romanorum neglexit, sciens, vel interpretans illam solum Romen locum habere, non in provinciis extensis: legem autem Iudeorum, de qua proprio con-

(1) Cui interpretationi, ut ipse simpliciori, adstipular.

tendere Iudeos cum Paulo Judeo suspicabatur, contempset, aut certe ad se non pertinere consult. Unde dixit: « Judeo ego horum nolo esse. »

14. **SI QUIDAM ESSET INIQUUM**, etc. — q. d. Si Paulo objiceretur crimen iniuriantis, v. g. quod esset fur, homicida, seditus, turbator reipublicæ, audirem vos et judicarem: nunc autem, cum eum violate legis et religionis vestrae accusatis, nolo hunc iti me minime, tum quia ego legem vestram non intelligo, tum quia ego sum iudex politicus, cuius est judicare causas civiles, non Ecclesiasticas. Sic Augustus causas religiosas aperio foro cognoscere noluit, ait Suetonius in ejus Vita, cap. XXXIX. Ex adverso reges Egypti, ut de iis judicare possent, creabantur pontifices, ait Dio, lib. LIII. Item alarum gentium reges factitasse tradit Aristoteles, lib. III Polit. cap. x.

15. **SI VERO QUESTIONS SUNT DE VERBO, ET NOMINIBUS, ET LEGE VESTRA**, — id est « de verbo et nominibus legis vestrae, » ut legunt nonnulli codices. Est hendiadys. Paulus enim contendebat Christum in re esse eundem Deum quem colebant Iudei: Judei vero cum diversum et aliud vocabant, cursum Paulus asserebat Jesum vocandum esse Messiam et Christum: negabant Judei. Unde Gallio censebat esse questionem de voce et nomine. Insper contendebat Paulus cum Iudeis de legis et S. Scriptura sensu, an videlicet es esset de Christo, quem predicabat Paulus; an aliis, ut volebant Judei: quare Gallio recte censuit hoc iudicium esse legis Judaicæ, ac proinde ad se non pertinere. Hoc liberum Gallionis iudicium consentit cum iis quæ de indebet, integratæ et adiunctiois odio Gallionis fratri sui, scribit Senecca initio lib. IV *Questionum natur.*

16. **ET MINAVIT**, — id est abducit, vel potius abducit jussit. Aliud est minare, aliud minari. Nam a Pastor ovem baculo minat, lupus ore minatur. » Grecæ ἀπάλατος, id est depulit, alegit; Syrus, ἀναδεικνει.

17. **PERCUTIEBANT SOSTHENEM, PRINCIPEM SYNAGOGÆ**, — Qui videlicet Crispus converso ad Christianum, vers. 8, in principatu et primatu synagoge successerat. Minus enim probabile est quod opinatur Chrysostomus, scilicet Sosthenem eundem esse cum Cato; fuisse enim binominum. Nam Meritoria distinguunt faciuntque duos.

Porro Beda, Hugo, Cajetanus et Carthusianus cognoscunt Sosthenem adhuc fuisse Judeum: itaque percutiunum a Gracis, ut addunt Graeca, pula a ministris Proconsulis, ut iuxta ejus sententiam, eum cum suis Judeis a Tribuno, pugnis abigerent (1); aut potius percutiuntur instigantibus Judeis per Graecos, id est Gentiles, eo quod frigidius causam eorum egisset, Paulusque favere videatur, eumque a Iudeorum volentium eum occidere, manibus eripisset. Incredibile enim est quod

(1) Cui interpretationi, ut ipse simpliciori, adstipular.

sic Hugo, Sosthenem verberatum a Christianis, eo quod Paulo et Evangelio resisteret. Verius est Iudeos, cum spe sua Paulum necandi apud Proconsul excidissent, furorem suum evomuisse in Sosthenem, præsertim cum a Proconsule audissent: « Vos videbitis; » putarunt enim haec voce sibi permissemus esse sue legis vindictam, Sosthenes enim Pauli prædicatione conversus, animo erat Christianus, adeoque Paulo favit eumque defendit: quare cum quasi cause et legis sue proditorem, iudicat vel per se, vel per Graecos, id est Gentiles, verberant. Unde S. Paulum quoque hoc tumultu Iudeo verberatum fuisse, scribit S. Chrysostomus hic, et præfatione in I epist. ad Cor. Id ita esse liquet ex eo quod Sosthenem huma laudat sociumque suum factum. S. Paulus initio epist I ad Cor. Ad hac *Menologium Graecorum*, die 7 decembris, facit cum *Cophonis Episcopum*, Denique *Martyr Roman.*, die 28 novembris, clare hec de eo habet: « Apud Corinthum natale S. Sosthenes, discipuli B. Pauli, cuius mentionem facit idem Paulus Corinthiis scribens. Hic ex principe synagogue conversus ad Christum, ante Gallionem proconsul acriter verberatus, preclaro initio fidei sua primordia conservavit. Vere ergo fuit Sosthenes, id est salvator robustus, scilicet Gallio, enim est salvo, aīvo, est robustus; robustam enim ejus (et cuiusvis patientis) patientiam et mansuetitudinem, qua plaga acriores ammis Judeorum infixit, quam ipsa ab ei in corpore recipiebat, egregie laudat hic S. Chrysostomus.

HABERAT ENIM VOTUM. — Quieres, quemam hoc votum, et quale votum? Primo, aliqui censem fuisse votum Pauli peculiare, distinctum a votu Nazarenorum (iliud enim fieri et expleri debuit secundum Hierosolymenses), a Paulo editum Dei cultus et mortificationis studio. Secundo, alii censem fuisse votum nazarenatus, sed editum a Paulo ante conversionem in Judaismo: ut enim evertaret Christianum et Christianismum, vovisse eum se fore Nazarenum, id est, a vino abstemium et alenter comam, donec Christianam religionem existinxisset. Siue nostro aeo nonnulli Nobiles, ex iis qui susciturunt primos rebellionis tumultus in Belgio, jurarunt se non posituros cesarium, donec ultí essent necem aliquot principum Belgarum, a rege Hispanie capite plexorum, eo quod hereticis fassiverint. Verum hoc votum, eque ac juramentum, est impium, et consequenter ejus executio in Paulo fuisse impia: illi enim professus fuisse et se votum illud Iudeum probare, esseque Iudeum et Judaismi vindicem, ac per votum hoc Deo supplicare ut Christianismum everteret.

Dico ergo votum hoc Pauli fuisse votum nazarenatus, quod scilicet abstineret vino et aleret genuina comam, non tota vita, sed ad certum tempus a se praefinitum, de quo dixi Num. vi. Probatur primo, quia hoc erat commune et ordinarium votum apud Judeos, adeoque antonomasticæ vocabulari votum: perinde ac apud Christians est votum religionis, cuius nazarenatus erat typus et præludium; quare cum nominabatur votum, in-

(1) Qui plura velit, adea Kuinoelium ad h. l., qui, re disputa, sic concludit: « Recitus igitur plerique interpretantes, praesentibus Vulgate interprete (Aquila, nisi sibi tolenderat caput) et Chrysostomo, delecta interpunkcio post Azizam, verba καιρων, etc., ad Aquilam referunt. Huic interpretationi, qui admisit omnes difficultates evanescunt, quia interpretationes de Paulo cogitantibus se obiciunt, ipsa verborum constructione faverit, que faciliter fluidi; proprius fidelis est, notitiam hanc, que breviter nominis et quasi per transennam additur, de nomine ignorante adjunctione esse, cuius omnino brevior in hoc capite, quia occasio offeratur, mentem fit, quam de Paulo, totius libri hero. Neque tamen votum nazarenatus intelligendum est, sed votum civile, ab eo vel ob liberationem e morbo, vel allo periculo, vel ab hominibus quod obtineret, conceptum. » Cf. eiam Rohrbacher, *Histoire universelle de l'Eglise catholique*, t. V, p. 342, iuxta quem, Paulus e Conchris ad Syriam navigatus, votum solvere voluit, saltem ex parte, tonendo scilicet comam, ne in navi pollutione legali aliqua contracta de novo nazareatus sui tempus inchoare deberet. Ceterum victimas de more Hierosolymis, data occasione, offero et animo habebat.

telligebant nazareatum. Secundo, quia votum Nazareorum proprie consistebat in omnia capit, ut eam aferent, et finito voto tonderent. Tertio, quia ideo navigavit Paulus in Syriam, ut scilicet Hierosolymis illud exploraret. Dat enim causam Lucas, cur Paulus navigaret in Syriam, quia scilicet tonderent sibi caput, id est obstrinxerat se voto nazareatus, quod expleri debebat in templo Hierosolymitano. Quarto, quia precise tensionem capitis vovere leviculum est, et indignum religione voti, praeferunt Paulini: ergo huc tensio erat annexa nazareatu. Quinto, quia votum hoc nazareatus, vel simile explevit Paulus in templo, cap. xxi, 24. Ex quo loco magna lux huius versiculi affluit. Ibi enim S. Jacobus dicit S. Paulus:

« Audierunt de te (Iudeo-Christianis) qui discessione doceas a Moyso cura, etc., dicens non debere eos circumcidere filios suis, neque secundum consuetudinem ingredi, etc. Hoc ergo fac quod dictum dicimus. Sunt nobis viri quatuor, votum (Nazareatus) habentes super eis. His assumptis, sanctifica te cum illis, et impende in illis ut rardant capita, et sciunt omnes, quia que de te auctoriter falsa sunt, sed ambulas et ipse custodiens legem. » Idipsum jam ante viderat et praevidebat Paulus. Itaque ut Iudeos et Iudeo-Christianos sibi, quasi velantia legalia servari, offensos reconciliaret, ac ne eos, quos a Judaismo ad Christianismum convertebat, scandalizaret, utpote qui Judaismi assuerit, tam citu eum depone non poterant, multo minus ejus abolitionem audire, fecit votum Judaicum, ac ut Nazareus comatus incessit, et abstempsit vixit. Nazarei enim summe erant legis Mosaicae observantes, in eaque erant id quod apud nos sunt Monachii et Religiosi. Unde vocabantur corban, id est Dei donum, eo quod seipso Deo dicarent et donassent, teste Josepho, lib. IV. Antiq., cap. iv. Nazareus autem constabat in abstinentia a vita et alienda coma: in hac enim erat stolidus ruditus illius saculi. Quod si illa contaminaretur per funis aliquod, aut contactum mortici, debebat Nazareus tondere comam quasi pollutam, et de novo nazareatus sui tempus inchoaret; quod quia sepe contingebat, hinc ille, illiusque votum subinde per plures annos protrahebatur. Exploto autem voto, debebat adire templum, tondere comam Deoque sacrificia lege, Num. v., statuta offerre. Videtur ergo quod Paulus habens votum nazareatus, ideoque alens comam, funere aliquo fuerit pollitus, ideoque iuxta legem totundit comam, ut rursum nazareatum inchoaret et comam aferet, usque ad voti sui expunctionem, tunc eam positurus Hierosolymis in templo, quod fecit vers. 22, ut ibi dicam, aut certe cap. xxi, 24. Ita Baronius, Cajetanus, Sanchez et alii.

Dies: Nazareus, si pollueretur super mortuo, tonderi debebat, et simul offere victimas expiatorias, ut prorscriberit Num. vi, 9. Paulus autem nullas victimas his obtulit, nec offere pos-

tuit, utpote que solum in templo Hierosolymis offerri poterant et debebant. Respondeo: Victimam hasse offere debebant illi, qui erant Hierosolymae cive vicini: remoti enim ab ea, uti erat Paulus, id facere non poterant, nemo enim tenetur ad impossibile; unde hi solum tonderebant caput. Porro id fecit Paulus Corinthi, quia ibi era Judeorum multitudo, ut eis ostenderet se legem non aspernari, sed venerari et coleri hinc patet Paulum vino et siceru, id est, omni eo quod inebriare potest, abstinuisse: hoc enim faciebat Nazarei. Ecco sobrietatem Pauli in tantis laboribus, ecer charitatem, qua omnibus omnia fit, Iudeis Judeus, Gentilibus Gentilis, ut omnes huncificat.

In CENCHRA. — *Cenchræ*, vel *Cenchræ* est natale, ut Strabo, lib. VIII, et portus Corinthi ad Orientem, cui vicinus est alter dictus *Leches*. Ab his duobus portibus Graeci Corinthum vocant himenam et amphithalassum, uti dixi in prefatis. Epist. ad Corinth.

19. DEVENTQUE EPHESUM. — Ephesus erat metropolis Asiae Minoris, in qua erat nobile Diana templum, de quo cap. xix, ac oratorium et philosophorum multitudine: quare Apollonius Thyanus, celebris philosophus, vel potius magus, Ephesi resedit. Ejus Episcopum Paulus postea constituit Timotheum, cui successit Onesimus, Ephesi quoque frequenter morabatur S. Joannes apostolus cum R. Virgine eius cura a Christo concredita, dum totius Asiae fundaret et gubernaret Ecclesias, uti asservaret Patres Concilii Ephesini, cap. xvii, ad Clericum Constantinopolitanum; unde et Ephesi mortuus est.

ILLUS (Aquilam et Priscellam) IBI RELIQUE, — ut Ephesio fide Christi imbucent.

21. DICENS. — Graeca addunt: « Oportet omnino festum quod instat, me agere Hierosolymis. » Ita quoque legunt S. Chrysostomus, Oeumenius, Cajetanus, Vatablus et alii passim.

REVERTAR AD VOS, DEO VOLENTE. — Hoc exemplo Pauli et S. Jacobi, cap. IV, 13, usurpat piii Christiani, ut cum aliquid se facturos dieunt, addant: « Deo volente, » vel: « si Deus volunt. » Credit enim sperantique se suaque omnia regi a Deo, qui praesente omnia succedunt prospere iuxta illud Nazianzeni in Disticha:

Deo amante, nihil potest fieri.  
Deo amante, nihil potest labor.

22. ET DESCENDENS CESAREAM — Cappadociae, inquit Rabanus, Beda, Lyranus, Gagius et alii, qui necrum in Syriam pervenerant Paulus; Cajetanus vero, Baronius, Arias et alii intelligent Cesaream Palæstinae. Censem enim eo venisse Paulum; indeque perrexisse Hierosolymitanum, ibi quia salutasse Ecclesiam, puta Hierosolymitanam, quasi matrem, utpote e qua ceterae progenies erant. Id exiguum verba graca paulo ante citata, itemque profectio Pauli in Syriam, et votum na-

zareatus, de quo vers. 18; hoc enim expendum erat Hierosolymae in templo. Quod si verum est, haec est tercia (flet aliqui quartam velint) Pauli post conversionem profectio in Ierusalem. Multa enim brevitalis studio subiecta, vel prætervolta Lucas. Nam prima fuit post triennium a conversione sua, Act. IX, 26, et Galat. I, 18, puta anno Christi 39. Secunda, post 14 annos, puta anno Christi 51; tunc enim ob questionem legalium adiit Apostolos, interfulpum Concilio Hierosolymitano, Act. cap. xv. Tertia est hic. Quartam autem dies cap. xxi, 17. Porro Paulus, salutans Ecclesiam, imprimit salutavit B. Virginem Delpharam, Ecclesie matrem et principem, consilia sua eum ea communicaens, quamque viceissim in dubiis consulens, ac possentes ejus operam et preces apud Filium in tantis suis laboribus, difficultatibus et persecutionibus, uti par est credere. Vide dicta 14, et cap. xx, 22.

ET DESCENDIT ANTOCHIANA — Pisidie, utpote vicinam Cesaream Cappadociae, ait Beda et autores prioris sententia jam citati, qui per Cesaream accepterunt eam quae est Cappadociae. At vero Chrysostomus, Baronius et alii passim accipiunt Antiochiam Syriae. Haec enim absolute vocatur Antiochia, » utpote caput Syriae, reliqua vero cum addito, ut « Antiochia Pisidie. » Amabat Paulus, inquit Chrysostomus, Antiochiam, utpote ubi creatus erat Apostolus Gentium, immo ubi primus in prædictarum tanta fructu, ut ibi primi discipuli cognominati sint Christiani.

Vers. 23. 23. PERAMBULANS EX ORDINE GALATICUM REGIONEM ET PHRYGIAM. — Vide Apostolum instar fulgoris celerrimus per Asie regiones discurrentem. Paulus (Aquila et Chrysostomus, hom. S. De Laudibus S. Pauli) ait: « Sol quidam, ait, est hominibus Paulus, qui totum prorsus orbem fulgentibus linguis sue radiis illuminavit, quique universas circumcedunt gentes, cursum omnino solis imitatus est, ac mundi regiones omnes quas liberò a corpore animo pervolvavit, et hoc eum amara ei vulnera crebri obviarent; » ac mox confert et preferit eum Patriarchis, Prophets, Angelis et Archangeli. Porro Galata Paulus quasi Angelum de celo lapsum suscepit, ut testatur Paulus ad eosdem scribens cap. iv, 14.

24. AROLLO. — Quidam apud OEcumenium censem hunc esse Apollen, Pauli discipulum et ab eo creatum Episcopum Corinthi, de quo idem scribit ad Roman. XVI, 10: « Salute Apellen probum in Domino. » Verum alii passim distinguunt « Apollo » ab Apelle. Hic est Apollo de quo Apostolus ait: « Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit, » 1 Corin. III, 6. Ascriptus est Sanctis in Martyrol., die 22 aprilis. Porro Apollo graece Ἀρόλης, est nomen indeclinabile, ac proinde diversum ab Apolline Gentium eo.

VIR ELOQUENS, — Vatablus vertit, eruditus; alii, prudens; alii, disertus; alii, historiarum et anti-

quitatis peritus. Hoc enim omnia significat et per.

POTENS IN SCRIPTRIS, — puta versatus et effacax in iis citandis, explicandis, urgendis ad rovinendos adversarios. Putant aliqui quod Apolo Alexandriae (erat enim ipse Alexandriae) in schola S. Marci inter Essenos eruditus fuerit, et exercitatus in sacris litteris. Verum bstat id quod sequitur: « Sciens tantum baptismum Joannis » Vatablus vertit: « hic erat doctrinarius ubrorum veteris Testamenti. Unde Apolo idem est quod vibrans radios, ait Pagninus, in Interpr. Non, hebr., aut perdens et exterminans, ut sit idem quod Apollonius, Apoc., ix, 11. Nam sua doctrina vehementer Iudeos revincebat, vers. 28, et Iudeos exterminabat.

25. HIC ERAT NOCRUS, — *xanthynas*, id est cœchitzatus, institutus ut catechumenus, initiatus, doctus primordia fidelis Christianus; nam necum erat baptizatus baptismō Christi, sed tantum Joannis Baptista, ut sequitur, ac proinde necum erat Christianus.

PERVENS SPIRITU. — Unde videtur quod ante baptismum per actum contritionis et charitatis fuerit justificatus. Ita Chrysostomus.

DOCEBAT EA QUE SUNT IESU, — scilicet Iesum crucifixum esse Messiam, sive Christum a Prophetis promissum, ex illis ipsis ostendebat.

SCIENS TANTUM BAPTISMA JOANNIS, — cuius professio et quasi forma erat, ut crederent in ventum Jesum, de quo cap. xix, vers. 4 et 4. Forte olim baptismus Joannis erat baptizatus, in eoque audierat Jesum esse Christum, et deinde rarius viderat vel audierat Christianos, ut baptismum Christi aliaque eius mysteria ignoraret: unde ea dicitur ab Aquila, moxque Christi baptismum suscepit.

26. HIC ERGO COEPIT FIDUCIALITER AGERE IN SYNAGOGA, — q. d. Libere et intrepide caput Iudeis predicare Jesum Christum.

ASSUMPERUNT EUM — in dominum suum plenius in Christiana fide eruditendum. Notat Chrysostomus laudatique sinceram fidem et charitatem Aquile et Priscille, utpote qui non suam, sed Christi gloriam quiescerunt, ideoque Apollo instruxerunt, ut illa eloquentia et potest in Scripturis, melius et efficacius predicaret Christum. « Sic ut, inquit Chrysostomus, in ethera varia quidem habetas voces, unam autem harmoniam, et unus musicus est qui citharam in manu sumit: sic hoc in loco cithara quidem est charitas ipsa: voices, loquentes verba que ad charitatem conciliaadum pertinent; omnes in unam suavem conspirant consonantiam. Musicus vero est charitatis vis, illa dulcem melodiam pulsando affect. Haec melodia et Deum et angelos letificat. Hec totum in celo spectaculum excitat; haec et diemnum furorem compescit, et affectionem deinceps impetus, immo eis silentium inducit: sicut musicus chorus personante, omnes auditores, quantumvis garruli et turbidi, silent et auscultant.

Nihil sic facit amicum, ut anima gratitudinis studiosa, os bene loqui solens, anima sine fastu, contemptus vanæ gloria, contemptus honoris. » **ET DILIGENTIUS EXPOSUERUNT EI VIAM DOMINI,** — puta institutum Christianismi a Deo sanctum. Nota hic humi! Atem et docilitatem Apollo, qui vir eloquens potentesque in Scripturis, eruditus se simus ab Aquila et Priscilla. Cicero in Catone Magiore laudat hanc Solonis sententiam : « Quotidie addicens plurima, fio senex. » Tale est et illud Salvii Juliani jurisconsulti : « Etsi alterum pedem in sepulcro habem, adhuc addicere vellem. » Diogenes Cynicus ab Antisthenè baculo repulsum : « Crede, ait, si vis, at nullum inventies baculum tam durum quo me abeas, dum aliquid dixeris. » Ita Laertius, lib. VI, cap. II. Zeno oraculum consulens, « quo pacto optime vitam insisteret, » auditivus : « Si mortuis concolor fieret. » Ille sentiens se vocari ad veterum lectiōnem, consultū sed ad philosophiam : nam studium ad vietas pacimonia māciem et pallorem homini conciliat. Ita Laertius, lib. VII, cap. I. Ita S. Hie-

ronymus natu grandior adit Constantinopolim, ut S. Gregorium Nazianzenum audiret, eoque preceptoris saepē gloriatum. Ita S. Augustinus sua dubia in Scripturis proposuit S. Hieronymo, ut ab eo doceretur. Idem fecit S. Damasus Ponifex.

**27. EXHORTATI FRATRES,** — προπρόφειαν. Syrus, prævenerunt eum fratres, exhortando scilicet eum, ut pergeret in Achaiam, puta Corinthum, ac fidèles sui sapientia et facundia in fide et pietate confirmaret. Noster recte verit, exhortati nam ἡγέτης προπρόφειαν vocatur oratio exhortatoria (1).

**CONTULIT MULTUM HIS QUI CREDIDERANT.** — Graecus addunt, διὰ τὴν λόγον, id est per gratiam verbi, spiritus ac fervoris sibi a Deo aspiratum.

**28. VEHEMENTER,** — ἀρνίων, id est arcerit, magna contentionē, nervose et efficeret.

Esse CHRISTUM JESUM, — quod Jesus esset Christus. Est anastrophe.

(1) Alii jungunt exhortati cum scripserunt, id est, litteras cohortatorias scripserunt, ut scilicet eum henevole excooperent.

## CAPUT DECIMUM NONUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

**Paulus redit Ephesum :** ibi duodecim circiter discipulos Joannis baptizat et confirmat. Secundo, vers. 7, in synagoga tres menses, mox in schola tyrranni per biennium predicit, et dicta sua miraculis confirmat, adeo ut solis sudariis suis agros sanet et demones pellat, quod dum imitari tentant Iudei Sceva filii, invaduntur a demone; quare multi magiam damnant et magicos libros comburunt. Tertio, vers. 23, Demetrius argenterius Diana tumulum concitat contra Paulum, quem sedet scriba.

1. Factum est autem, cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus, peragatis superioribus partibus, veniret Ephesum, et inveniret quosdam discipulos, 2. dixitque ad eos : Si Spiritum Sanctum accipistis credentes? At illi dixerunt ad eum : Sed neque si Spiritus Sanctus est, audivimus. 3. Ille vero ait : In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt : In Joannis baptimate. 4. Dixit autem Paulus : Joannes baptizavit baptismō poenitentiae populum, dicens : In eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est in Jesum. 5. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Jesu. 6. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos, et loquebantur linguis, et prophetabant. 7. Erant autem omnes viri fere duodecim. 8. Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans et suadens de regno Dei. 9. Cum autem quidam induerantur, et non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudo : discedens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyrranni cuiusdam. 10. Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini, Iudei atque Gentiles. 11. Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli : 12. ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore ejus sudaria, et semicinctia, et recedebant ab eis languores, et spiritus nequam egrediebantur. 13. Tentaverunt autem quidam et de cireneum et Iudeis exercitisti, invocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicentes : Adjuro vos per Jesum, quem Paulus praedicat. 14. Erant autem quidam Iudei Sceva principis Sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant. 15. Respon-

dens autem spiritus nequam dixit eis : Jesum novi, et Paulum scio : vos autem qui estis? 16. Et insiliens in eos homo, in quo erat daemonium pessimum, et dominatus amborum, invaluit contra eos, ita ut nudi et vulnerati effugerent de domo illa. 17. Hoc autem notum factum est omnibus Judeis atque Gentilibus, qui habitabant Ephesi; et cecidit timor super omnes illos, et magnificabatur nomen Domini Jesu. 18. Multique credentium veniebant, confitentes et amuntantes actus suos. 19. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosi sectati, contulerunt libros, et combusserunt corani omnibus; et computatis pretiis illorum, invenierunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. 20. Ita fortiter crescebat verbum Dei, et confirmabatur. 21. His autem expletis, proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia et Achaia ire Hierosolynam, dicens : Quoniam postquam fuero ibi, oportet me et Romanum videre. 22. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum et Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. 23. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini. 24. Demetrius enim quidam, nomine argenterius, faciens aedes argenteas Diana, prestabat artificibus non modicum quæstum; 25. quos convocabat, et eos qui hujusmodi erant opifices, dixit : Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitionis; 26. et videtis et auditis quia non solum Ephesi, sed pene totius Asiae Paulus hic suadens avertit multam turbam, dicens : Quoniam non sunt dii, qui manibus fiunt. 27. Non solum autem haec periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed et magna Diana templum in nihilum reputabitur, sed et destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia et orbis colit. 28. His auditis, replete sunt ira, et exclamaverunt dicentes : Magna Diana Ephesiorum. 29. Et impleta est civitas confusione, et impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gaio et Aristacho Macedonibus, comitibus Pauli. 30. Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. 31. Quidam autem et de Asiae principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum. 32. Alii autem alius clamabant. Erat enim Ecclesia confusa; et plures nesciebant qua ex causa convenientiss. 33. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudeis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo. 34. Quem ut governorunt Iudea esse, vox facta una est omnium, quasi per horas duas clamantium : Magna Diana Ephesiorum. 35. Et cum sedasset scriba turbas, dixit : Viri Ephesii, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum civitatem cultricem esse magnæ Dianae Jovisque prolixi? 36. Cum ergo his contradic non possit, oportet vos sedatos esse et nihil temere agere. 37. Adduxisti enim homines istos, neque sacilegos, neque blasphemantes deam vestram. 38. Quod si Demetrios, et qui cum eo sunt artifices, habent adversus aliquem causam, conventus forenses aguntur, et proconsules sunt, accusent invicem. 39. Si quid autem alterius rei queritis, in legitima Ecclesia poterit absolvī. 40. Nam et periclitam argui seditionis hodierū : cum nullus obnoxius sit (de quo possimus redere rationem) concursus istius. Et cum haec dixisset, dimisit Ecclesiam.

**1. PERAGRATIS SUPERIORIBUS PARTIBUS,** — Galatia et Phrygia, postquam Hierosolyma redisset Antiochiam, de qua cap. precedet, vers. 23.

**QUOSDAM DISCIPULOS.** — Opinatur Cajetanus, hosce fuisse conversos et baptizatos baptismō Joannis ab Apollo. Hic enim autem paulum fuerat Ephesi, solumque sciebat baptismā Joannis, cap. precedet, vers. 24 et 25. Sed obstat quod Ephesi Apollo instructus fuerit plenus de Christo et Christi baptismō ab Aquila, cap. xviii, vers. 26; quare si hi fuisse ejus discipuli, utique ipse eos plenus de Christo instruxisset, et baptismā

Christi baptizari curasset. Addo, baptismum Joannis durasse tantum usque ad Christum : ad illum enim ducebat et tendebat, ideoque a solo Joanne collatus est, non a discipulis, vel posteri eis, ut docet S. Augustinus, tract. 5 in Joanne 3, et S. Cyrilus, lib. II in Ioan., cap. LVII, et saepe colligitur Joan. 1, 33, et III, 23.

Dico ergo, hos ante annos viginti, ab ipso Joanne Baptista fuisse baptizatos in Iudea. Dum enim ex Asia Hierosolynam de more ad diem festum ascendissent, audientes predicationem Joannis, ejus baptismum suscepserunt, ab eoque